


nem, Provincias Americae, perq; vicinum Insulis Salomonis Oceanū traductū, ij nihil de Eclipsi videbunt, sc: tota ferè America. Inde pars videbitur, usq; ad habitantes ultra Lappos, Russos, Lituanos, Cossacos, Græcos,



Corcyrenses, Cyrenasin Africa, Insulamq; S. Thomæ. Cæteri abhinc versus Oriētē, totam videbunt ab initio usq; ad finē, ad tractū q per Tangu Tartariæ, perq; medias Sinas, versus novā Guineam Magellanicæ ducitur, tota sc: Asia: Vtteriores rursū partem aliquam, usq; ad terminum primò dictū.

Obseruandi hanc Eclipsin Lincij in arce Casarea, praesentibus aliquibus Proceribus & Vice-Capitaneis, Calam erat turbidum admodum: Sidimus tamen, quasi sub tabulato Nubium, per vapores aqueos exorientem, Sidimus & finem. Obseruatio extat in mense Augusto, quam hic exam inabimus.

Pro prima Phasi & principio.

Cum igitur Diameter Luna sit Sc. 32. 24. ejus dodrans erunt Sc. 25. 3. Et cum in horâ unâ mōdeatur Luna à Sole vel ab umbra terminis sc. 34. 30: Ergo hac sc. 25. 3. mōdebutur Minutis Hora 43. 20. Cum igitur Luna ferè rectā versus umbra centrum fuerit mota, & plus dodrante obscuratum habuerit: plus igitur quam 44. minutis antequam centrum ejus haberet altitudinem Gr. 1. 20. fuit Eclipsos initium. Sed altitudo Centri Luna apparet Gr. 1. 20. deprimitur Parallaxi, & attollitur Refractione. Pone, Parallaxin majorem esse Refractione, 30. scrupulis, ut liberata centri altitudo sit Gr. 1. 50. Cum autem Semidiameter umbrae sit sc. 47. 38. in Umbra serò sint hac Vice sc. 25. 3. Luna, quorum 16. 42. sunt Semidiameter Luna: Ergo Centrum Luna per sc. 8. 21. in umbra est; & sic per 39. 16. ante Centrum Umbrae. Igitur Centrum Umbrae, seu oppositum Soli punctū, fuit humilius quam Gr. 1. 50. scilicet Gr. 1. 36. circiter. Ex hac altitudine arguitur tempus H. 7. 14. post meridiem; cum Horologia Urbica uix modico antea sonuissent septimam. Subtractis serò M. 44. supra in sentis, cadit Eclipsis initium ante H. 6. 30. Cum Calculus meus collocet id initium in H. 6. 19. Lincij.

Pro alia Phasi, & morâ Lunæ in Tenebris.

Et cum horâ 9. Urbis lucent quasi tres digiti, qui sunt sc. 3. 21. que mōdentur Minutis 16. unius Hora: ergo in Urbico H. 8. 44. si fides Horologis, fuisset finis Mora, cum calculus meus ponat hunc finē Mora H. 8. 55. Similiter cum H. 7. 14. serâ, restaret minus quam sc. 8. 21. in Lumine, principium igitur mora ostenditur ante H. 7. 30. quod calculus meus ponit in H. 7. 23.

Pro fine totius Eclipsis.

Cumq; horâ dimidiâ decimâ urbis rursū luceret Dodrans, superfuerunt igitur in umbra sc. 8. 21. Finis igitur in Urbico Horologio esset H. 9. 46. sicut & habet ultima annotatio, quod paulo post tres quadrantibus in decimam, si sit integro luminis orbe: cum calculus meus H. 9. 59. exhibeat integrum.

Sed Horologia tardius iusto pulsabant; quod & circa principium jam supra probasti, & ex sequentibus phasibus datur ex altitudine & ex Azimuthis colligere. Cum enim sonaret horam 9. paulo post altitudo Luna 18. 15. si parallaxi augetur, ostendit horam 9. 23. Et pro Hora dimidiâ decimâ Urbis, altitudo Luna Gr. 20. indicabit horam 9. 39. Deniq; pro tribus quadrantibus in decimâ urbis, eod. amplius, Azimuth Luna ostendit H. 9. 56. Nam H. 7. 14. serâ, quando primū signum inter Azimutha posuimus, inuenitur per doctrinam primi Mobilis, amplitudo Ortus puncti Eclipticæ orientis Gr. 18. 6. Et quia centrū ☽ absuit ab ortu Gr. 5. 38. altū serò Gr. 1. 50. adijciendi sunt igitur Gr. 5. 20. in sero orientis Azimutho versus Meridiem: ut ita sit signum factum in Azimutho Gr. 23. 26. In fine serò Eclipsis huic accesserunt Gr. 32. 30. fuit igitur Azimuth Gr. 55. 56. ab ortu: seu Gr. 34. 4. à Meridie. Et cum ☽ iam in 24. 53. cum latit. Gr. 0. 35. Sept. declinet Gr. 12. 51. in Merid. hinc ejus elongatio à Merid. inuenitur Gr. 32. 3. Solis igitur Gr. 31. circiter, qui sunt H. 2. 4. ut sic fuerit H. 9. 56. Addenda sunt igitur ubiq; Horologis urbicis circiter M. 10. Ex altē igitur satis Calculus meus obseruationi conuenit. Quod nota ob usurpatam hoc anni tempore magnam equationem temporis ex propria sententia, quod sc: illa hoc loco non fuerit nimia.

